DISQUISITIONES NONNULLAE DE AEQUATIONE:

$$A_n f(x+nh) + A_{n-1} f(x+(n-1)h) + \dots + A_1 f(x+h) + A f(x) = \varphi(x)$$

INDEQUE CASUUM SINGULORUM DEDUCTIO.

DISSERTATIO
INAUGURALIS MATHEMATICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA VIADRINA

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS

DIE XIII. MENSIS NOVEMBRIS A. MDCCCXLVII

H. L. Q. C.

palam defendet

JOSEPHUS THEOPHILUS USTYMOWICZ,

POSNANIENSIS.

OPPONENTIBUS:

H. KRZESIŃSKI, CAND. PHIL.

F. FABER, CAND. PHIL.

C. FUCHS, DR. PHIL.

VRATISLAVIAE,

TYPIS HENRICI RICHTERI.

Disquisitiones nonnullae de aequatione:

$A_n f(x+nh) + A_{n-1} f(x+(n-1)h) + \ldots + A_1 f(x+h) + A f(x) = \varphi(x)$

indeque casuum singulorum deductio.

---

§. 1.

Data aequatione generali:

$$(1)\ A_n f(x+nh) + A_{n-1} f(x+(n-1)h) + A_{n-2} f(x+(n-2)h) + \ldots + A_1 f(x+h) + A f(x) = \varphi(x)$$

patet duplicem viam atque rationem eam considerandi nobis offerri. Denotantibus enim $A, A_1, A_2, A_3 \ldots A_n$ quaslibet certam legem sequentes quantitates aut dari $\varphi(x)$ et quaeri $f(x)$ potest, aut dari quoque $f(x)$, inde etiam $f(x+h)$, $f(x+2h)$ etc. etc., quum h sit incrementum constans, et quaeri $\varphi(x)$. Quoniam vero $f(x)$ prae ceteris ex aequatione hac definire maximi est momenti, propositum sit:

Ex data aequatione (1) $f(x)$ in seriem secundum quotientes differentiales ipsius $\varphi(x)$ progredientem evolvere.

Ex theoremate Tayloriano proficiscitur:

$$A f(x = A f(x)$$

$$A_1 f(x+h) = A_1 f(x) + A_1 h f'(x) + A_1 \frac{h^2}{1.2} f''(x) + A_1 \frac{h^3}{1.2.3} f'''(x) + \ldots + A_1 \frac{h}{1.2\ldots k} f^k(x) + \ldots$$

$$A_2 f(x+2h) = A_2 f(x) + 2A_2 h f'(x) + 2^2 A_2 \frac{h^2}{1.2} f''(x) + 2^3 A_2 \frac{h^k}{1.2.3} f'''(x) + \ldots + 2^k A_2 \frac{h^k}{1.2\ldots k} f^k(x) + \ldots$$

$$A_3 f(x+3h) = A_3 f(x) + 3A_3 h f'(x) + 3^2 A_3 \frac{h^2}{1.2} f''(x) + 3^3 A_3 \frac{h^3}{1.2.3} f'''(x) + \ldots + 3^k A_3 \frac{h^k}{1.2\ldots k} f^k(x) + \ldots$$

. . . .

. . . .

. . . .

$$A_{n-1} f(x+(n-1)h) = A_{n-1} f(x) + (n-1) A_{n-1} h f'(x)$$
$$+ (n-1)^2 A_n \frac{h^2}{1.2} f''(x) + \ldots + (n-1)^k A_{n-1} \frac{h^k}{1.2\ldots k} f^k(x) + \ldots$$
$$A_n f(x+nh) = A_n f(x) + nA_n h f'(x) + n^2 A_n \frac{h^2}{1.2} f''(x) + \ldots$$
$$+ n^k A_n \frac{h^k}{1.2\ldots k} f^k(x) + \ldots$$

Additis his aequationibus, terminisque singulis secundum quotientes $f'(x)$, $f''(x)$, $f'''(x)$ etc. ordinatis erit, si brevitatis causa ponatur:

$$2)\ A + A_1 + A_2 + A_3 + \ldots\ldots + A_n = a_0$$
$$A_1 + 2A_2 + 3A_3 + \ldots\ldots + nA_n = a_1$$
$$\frac{1}{1.2}\left(A_1 + 2^2A_2 + 3^2A_3 + \ldots\ldots + n^2A_n\right) = a_2$$
$$\frac{1}{1.2.3}\left(A_1 + 2^3A_2 + 3^3A_3 + \ldots\ldots + n^3A_n\right) = a_3$$

. . . .

$$\frac{1}{k!}\left(A_1 + 2^kA_2 + 3^kA_3 + \ldots\ldots n^kA^k\right) = a^k$$

$$3)\ \varphi(x) = a_0 f(x) + a_1 h f'(x) + a_2 h^2 f''(x) + a_3 h^3 f'''(x) + \ldots\ldots + a_k h^k f^k(x) + \ldots\ldots$$

Quodsi aequationem hanc pedetentim differentiemus et unamquamque inde derivatam suo loco per $\alpha_1 h$, $\alpha_2 h^2$, $\alpha_3 h^3$ etc. multiplicemus, fiet:

$$\alpha_1 h \varphi'(x) = \alpha_1 a_0 h f'(x) + \alpha_1 a_1 h^2 f''(x) + \alpha_1 a_2 h^3 f'''(x)$$
$$+ \alpha_1 a_3 h^4 f''''(x) + \ldots + \alpha_1 a_{k-1} h^k f^k(x) + \ldots$$
$$\alpha_2 h^2 \varphi''(x) = \ldots\ldots\ldots \alpha_2 a_0 h^2 f''(x) + \alpha_2 a_1 h^3 f'''(x)$$
$$+ \alpha_2 a_2 h^4 f''''(x) + \ldots + \alpha_2 a_{k-2} h^k f^k(x) + \ldots$$
$$\alpha_3 h^3 \varphi'''(x) = \ldots\ldots\ldots \alpha_3 a_0 h^3 f'''(x)$$
$$+ \alpha_3 a_1 h^4 f''''(x) + \ldots + \alpha_3 a_{k-3} h^k f^k(x) + \ldots$$
$$\alpha_4 h^4 \varphi''''(x) = \ldots\ldots\ldots$$
$$\alpha_4 a_0 h_4 f''''(x) + \ldots + \alpha_4 a_{k-4} h^k f^k(x) + \ldots$$

. . . .

$$\alpha_k h^k \varphi^k(x) = \ldots\ldots\ldots \alpha^k a_0 h^k f^k(x) + \ldots$$

. . . .

ex quo prodit:

$$4)\ \varphi(x) + \alpha_1 h \varphi'(x) + \alpha_2 h^2 \varphi''(x) + \alpha_3 h^3 \varphi'''(x) + \alpha_4 h^4 \varphi''''(x)$$
$$+ \ldots + \alpha_k h^k \varphi^k(x) \ldots =$$
$$= a_0 f(x) + (a_1 + \alpha_1 a_0) h f'(x) + (a_2 + \alpha_1 a_1 + \alpha_2 a_0) h^2 f''(x)$$
$$+ (a_3 + \alpha_1 a_2 + \alpha_2 a_1 + \alpha_3 a_0) h^2 f'''(x) + \ldots$$

$$\ldots + (a_k + \alpha_1 a_{k-1} + \alpha_2 a_{k-2} + \ldots + \alpha_{k-1} a_1 + \alpha^k a_0)\, h^k f^k(x) + \ldots .$$

Si nunc α_1, α_2, α_3, α_4 etc. etc. ita determinentur, ut coëfficientes ipsius $f'(x)$, $f''(x)$ $f'''(x)$ etc. evanescant, aut si ponatur:

$$5)\quad \begin{aligned} &a_1 + \alpha_1 a_0 = 0 \\ &a_2 + \alpha_1 a_1 + \alpha_2 a_0 = 0 \\ &a_3 + \alpha_1 a_2 + \alpha_2 a_1 + \alpha_3 a_0 = 0 \\ &a_4 + \alpha_1 a_3 + \alpha_2 a_2 + \alpha_3 a_1 + \alpha_4 a_0 = 0 \\ &\ldots \end{aligned}$$

$$(5{,}a)\quad a_k + \alpha_1 a_{k-1} + \alpha_2 a_{k-2} + \ldots \alpha_{h-1} a_{k-h+1} + \alpha_h a_{k-h} + \ldots\ldots + \alpha_{k-h} a_h + \alpha_{k-h+1} a_{h-1} + \ldots, + \alpha_{k-1} a_1 + \alpha_k a_0 = 0$$

seriem quaesitam:

$$6)\quad a_0 f(x) = \varphi(x) + \alpha_1 h \varphi'(x) + \alpha_2 h^2 \varphi''(x) + \alpha_3 h^3 \varphi'''(x) + \ldots + a_k h^k \varphi^k(x) + \ldots$$

definitis α_1, α_2, α_3, α_4 etc. etc. nanciscimur.

Computatis ergo ex aequationibus (5) his literis invenimus:

$$7)\quad \alpha_1 = -\frac{a_1}{a_0}$$

$$\alpha_2 = -\frac{a_2}{a_0} + \frac{a_1^2}{a_0^2}$$

$$\alpha_3 = -\frac{a_3}{a_0} + \frac{2a_2 a_1}{a_0^2} - \frac{a_1^3}{a_0^3}$$

$$\alpha_4 = -\frac{a_4}{a_0} + \frac{2a_3 a_1 + a_2^2}{a_0^2} - \frac{3a_2 a_1^2}{a_0^3} + \frac{a_1^4}{a_0^4}$$

$$\alpha_5 = -\frac{a_5}{a_0} + \frac{2a_4 a_1 + 2a_3 a_2}{a_0^2} - \frac{3a_3 a_1^3 + 3a_2^2 a_1}{a_0^3} + \frac{4a_2^2 a_1}{a_0^3} - \frac{a_1^5}{a_0^5}$$

$$\alpha_6 = -\frac{a_6}{a_0} + \frac{2a_5 a_1 + 2a_4 a_2 + a_3^2}{a_0^2} - \frac{3a_4 a_1^2 + 6a_3 a_2 a_1 + a_2^3}{a_0^3} + \frac{4a_3 a_1^3 + 6a_4^2 a_1^2}{a_0^4} - \frac{5a_2 a_1^4}{a_0^5} + \frac{a_1^6}{a_0^6}$$

. . . .

et generaliter fiat:

$$(7{,}a)\quad \alpha_k = -\frac{\overset{1}{C}_k}{a_0} + \frac{\overset{2}{C}_k}{a_0^2} - \frac{\overset{3}{C}_k}{a_0^3} + \frac{\overset{4}{C}_k}{a_0^4} - \ldots + (-1)^h \frac{\overset{h}{C}_k}{a_0^h} + \ldots .$$

Jam vero sola fere observatione generalem quoque legem de valoribus

modo repertis derivare possumus, cujus ope quodlibet α_k colligi queat. Animadvertimus enim:

1, signa a negativo initium sumere et alternatim se excipere;

2, denominatores progredi in serie geometrica;

3, summam coëfficientium numericorum numeratorum singulorum ex theoremate Neutoniano deduci posse, ita ut e. g. in α_5 valore $(1+1)^4$, in α_6 valore $(1+1)^5$, et omnino in α_k valore $(1+1)^{k-1}$ unusquisque illorum justo loco constituatur;

4, summam vero exponentium terminorum singulorum cujusvis numeratoris aequam esse exponenti denominatoris respondentis;

5, summam indicum in quovis termino numeratoris, aequam esse indici α, ad quod ille numerator pertineat, inhaerenti.

Ut autem legem hanc accuratius designemus demonstremusque, quemadmodum quantitates $a_1, a_2, a_3 \ldots a_k$ potestatesque earum in singulis numeratoribus mutentur atque inter se conjungantur, omnem numeratorem litera C (ut 7,a jam indicatum) significare volumus, cui quum supra notam localem, infra vero indicem ipsius α apposuerimus, $\overset{h}{C}_k$ ex ordine h^{tum} numeratorem valoris α_k dabit. Perspicuum nempe est, numeratorem $\overset{h}{C}_k$ nonnisi aequatione (5,a) definiri posse, qui quum ad denominatorem $a_0{}^h$ sit referendus, is vero in α_k ex $a_0{}^{h-1} \times a_0$ sit ortus (quia a_0 factor est ipsius α_k aequ. 5,a), $\overset{h}{C}_k$ ex omnibus, qui ad $a_0{}^{h-1}$ pertineant, conflatur numeratoribus.

At eo res magis nobis patebit, si pro $\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3 \ldots \alpha_{k-1}$ valores ipsorum ea forma, quam (aeq. 7) habent, in aeq. 5,a neglectis signis, substitutos esse cogitaverimus, unde facile intelligemus, primum in α_{k-1} talem terminum inveniri, cui denominator $a_0{}^{h-1}$ erit. Quia autem α_{k-1} per a_1 est multiplicatum (5,a), numarator vero, cui idem denominator $a_0{}^{h-1}$ respondet, nostra significatione $= \overset{h-1}{C}_{k-1}$ erit, partem jam aliquam numeratoris $\overset{h}{C}_k$, adhibita expressione $\overset{h-1}{C}_{k-1} \cdot a_1$ determinare possumus. Deinde in α_{k-2} terminus invenitur, qui denominatorem $a_0{}^{h-1}$ habebit, etenim α_{k-2} quum per a_2 multiplictum sit (5,a) pars altera numeratoris $\overset{h}{C}_k$ valore $\overset{h-2}{C}_{k-2} \cdot a_2$ definitur. Sin autem hac ratione reliquas quoque partes designare pergimus, terminum ultimum, qui eundem habebit denominatorem, ad α_{h-1} pertinere cognoscimus, id quod valores (7) etiam denotant; quoniam vero α_{h-1} per a_{k-h+1} est multiplicatum, ultima pars numeratoris $\overset{h}{C}_k$ formam $\overset{h-1}{C}_{h-1} \times a_{k-h+1}$ induet. Collectis ergo valoribus his liquet esse:

$$8)\ \overset{h}{C}_k = \overset{h-a}{C}_{k-1} \cdot a_1 + \overset{h-1}{C}_{k-2} \cdot a_2 + \overset{h-1}{C}_{k-3} \cdot a_3 + \ldots + \overset{h-1}{C}_h \cdot a_{k-h} + \overset{h-1}{C}_{h-1} \cdot a_{k-h+1}$$

cui denominator $(-1)^h a_0{}^h$ respondebit.

Quodsi h = 1 ponatur aeq. 8. abibit in:

9) $\overset{1}{C}_k = a_k$; posito h = 2 fiet ipsa:

$$\overset{2}{C}_k = \overset{1}{C}_{k-1} \cdot a_1 + \overset{1}{C}_{k-2} \cdot a_2 + \overset{1}{C}_{k-3} \cdot a_3 + \ldots\ldots + \overset{1}{C}_2 \cdot a_{k-2} + \overset{1}{C}_1 \cdot a_{k-1}$$

Quum autem sit secundum Num. 9:

$$\overset{1}{C}_{k-1} = a_{k-1}$$
$$\overset{1}{C}_{k-2} = a_{k-2}$$
$$\overset{1}{C}_{k-3} = a_{k-3}$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$\overset{1}{C}_2 = a_2$$

$\overset{1}{C}_1 = a_1$ erit ergo:

$$\overset{2}{C}_k = a_{k-1} \cdot a_1 + a_{k-2} \cdot a_2 + a_{k-3} \cdot a_3 + \ldots + a_2 \cdot a_{k-2} + a_1 \cdot a_{k-1}$$

Posito porro h=3 ex aeq. 8 evadit:

$$\overset{3}{C}_k = \overset{2}{C}_{k-1} \cdot a_1 + \overset{2}{C}_{k-2} \cdot a_2 + \overset{2}{C}_{k-3} \cdot a_3 + \ldots + \overset{2}{C}_3 \cdot a_{k-3} + \overset{2}{C}_2 \cdot a_{k-2}$$

Quum autem sit:

$$\overset{2}{C}_{k-1} = a_{k-2} \cdot a_1 + a_{k-3} \cdot a_2 + \ldots\ldots + a_2 \cdot a_{k-3} + a_1 \cdot a_{k-2}$$
$$\overset{2}{C}_{k-2} = a_{k-3} \cdot a_1 + a_{k-4} \cdot a_3 + \ldots\ldots + a_2 \cdot a_{k-4} + a_1 \cdot {}_{k-3}$$
$$\overset{2}{C}_{k-3} = a_{k-4} \cdot a_1 + a_{k-5} \cdot a_2 + \ldots\ldots + a_2 \cdot a_{k-5} + a_1 \cdot a_{k-4}$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$\cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot \quad \cdot$$
$$\overset{2}{C}_4 = a_3 \cdot a_1 + a_2 \cdot a_2 + a_1 \cdot a_3$$
$$\overset{2}{C}_3 = a_2 \cdot a_1 + a_1 \cdot a_2$$

$\overset{2}{C}_2 = a_1 \cdot a_1$ erit ergo:

$$\overset{2}{C}_k = \left(a_{k-2} \cdot a_1 + a_{k-3} \cdot a_2 + \ldots\ldots + a_1 \cdot a_{k-2}\right) a_1$$
$$+ \left(a_{k-3} \cdot a_1 + a_{k-4} \cdot a_2 + \ldots\ldots + a_1 \cdot a_{k-3}\right) a_2$$
$$+ \left(a_{k-4} \cdot a_1 + a_{k-5} \cdot a_2 + \ldots\ldots + a_1 \cdot a_{k-4}\right) a_3$$
$$+ \ldots\ldots + \left(a_2 \cdot a_1 + a_1 \cdot a_2\right) a_{k-3} + a_1 \cdot a_1 \, a_{k-2}$$

Simili modo demonstrari potest $\overset{4}{C}_k$ quoque e terminis componi, quorum quisque 4 elementa continet, quorumque indices additi summam k praebent. Id quod de $\overset{4}{C}_k$ valet, per conclusionem de $\overset{5}{C}_k, \overset{6}{C}_k, \overset{7}{C}_k \ldots \overset{h}{C}_k$ quoque valere debet. Omissis ergo brevitatis causa literis $a_0, a_1, a_2, a_3 \ldots$ facile intelligi potest, $\overset{2}{C}_k$ combinationem binorum elementorum cum omnibus, quotiescunque offeruntur, iterationibus ad summam k dari, in qua k-1 summum est elementum. Quare $\overset{2}{C}_k$ ita definire licet:

$\overset{2}{C}_k = {}^k\overset{2}{K}\,(1, 2, 3, 4 \ldots (k-1))$, si K signum combinationis, 2 numerum elementorum, k autem summam significat. Quoniam in ${}^k\overset{3}{K}$ summum elementum $= k-2$, in ${}^k\overset{4}{K}$ idem $= k-3$, in ${}^k\overset{5}{K}$, $= k-4$ etc. etc. solum esse debet, ergo in ${}^k\overset{h}{K}$ ipsum $= k - (h\text{-}1)$ fiat necesse est. Itaque simili modo demonstrari potest esse:

$$\overset{3}{C}_k = {}^k\overset{3}{K}\,(1, 2, 8, 4 \ldots\ldots (k-2))$$
$$\overset{4}{C}_k = {}^k\overset{4}{K}\,(1, 2, 3, 4 \ldots\ldots (k-3))$$
$$\overset{5}{C}_k = {}^k\overset{5}{K}\,(1, 2, 3, 4 \ldots\ldots (k-4))$$

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . . et generaliter:

$$\overset{h}{C}_k = {}^k\overset{h}{K}\,(1, 2, 3, 4 \ldots\ldots (k-(h-1)))$$

Conservato ordine arithmographico patet esse:

$$\overset{h}{C}_k = 1,{}^{k-1}\overset{h-1}{K}\,(1,2,3,4\ldots,k-(h-1)) + 2,{}^{k-2}\overset{h-1}{K}\,(1, 2, 3 \ldots, k-h)$$
$$+ 3,{}^{k-3}\overset{h-1}{K}(1,2,3 \ldots, k-(h+1)) + 4,{}^{k-4}\overset{h-1}{K}\,1,2,3 \ldots k-(h+2))$$
$$+ \ldots + (k-h)\,,{}^{h}\overset{h-1}{K}\,(1, 2) + (k-(h-1)\,,{}^{h-1}\overset{h-1}{K}\,(1)$$

qua formula omnes numeratoris partes expeditissime exhiberi possunt.

Quum vero numerus omnium combinationum ad summam k, sive numerus singulorum terminorum $= \dfrac{(h\text{-}(h\text{-}1))\,(k\text{-}(h\text{-}2))\,(k\text{-}(h\text{-}3))\ldots(k\text{-}2)\,(k\text{-}1)}{1\,.\,2\,.\,3\,.\,4\,.\,.\,.\,(h\text{-}2)\,(h\text{-}1)}$ sit, summa quoque coëfficientium numericorum idem fit valor, qui una terminus h^{tus} evolutionis $(1+1)^{k-1}$ est; quare nota 3 et 5 §. 1 est demonstrata.

Ut autem congruentes simul terminos colligamus Fischeri [1]) methodum similibus in problematibus solvendis sequentes, omissis iterum literis a_0,

---

[1]) Theorie der Dimensionszeichen nebst ihrer Anwendung auf verschiedene Materien aus der Analysis endlicher Grössen. Halle 1792.

$a_1, a_2, \ldots$ ponamus esse elementa dimensionis unius $= 1, 2, 3, 4, 5$ etc. atque quaeratur ($\overset{h}{C_k}$) valor signorum dimensionis incertae ordinis h^{ti} [1]). Quum igitur hoc in casu ex h elementis summa $(h + (k - h))$ effici debeat, in eo res vertitur, ut prima loca quantum fieri potest unitate expleantur, ultima vero numeris summis. Erit ergo:

$$\alpha,\ h + (k - h) = 1 + 1 + 1 + 1 + \ldots \text{(usque ad summam } h - 1) + k - (h - 1)$$

$$\beta \begin{cases} 1,\ h + (k - h) = 1 + 1 + 1 + \ldots \text{(usque ad summam } h - 2) + 2 + (k - h) \\ 2,\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 2) + 3 + (k - (h + 1)) \\ 3,\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 2) + 4 + (k - (h + 2)) \\ \ldots \\ \ldots \\ \ldots \\ x\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 2) + \frac{2 + (k - h)}{2} + \frac{2 + (k - h)}{2} \end{cases}$$

$$\gamma \begin{cases} 1,\ h + (k - h) = 1 + 1 + 1 + \ldots \text{(usque ad summam } h - 3) + 2 + 2 + (k - (h + 1)) \\ 2,\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 3) + 2 + 3 + (k - (h + 2)) \\ 3,\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 3) + 2 + 4 + (k - (h + 3)) \\ \ldots \\ \ldots \\ \ldots \\ x\ \text{-}\ \text{-}\ \text{-} \quad = 1 + 1 + 1 + \ldots (\text{-}\ \text{-}\ \text{-}\ h - 3) + 2 + \frac{2 + (k - (h + 1))}{2} + \frac{2 + (k - (h + 1))}{2} \end{cases}$$

---

[2]) Fischerus ibidem T. I. pag. 7 seq. denotat dimensionis signum ordinis primi per $\overset{1}{I}, \overset{2}{I}, \overset{3}{I}$ etc. ita ut e. g. functio data $y = Ax^m + Bx^{m+v} + Cx^{m+2v} + Dx^{m+3v} + \ldots$ ejus ratione scribi possit: $y = \overset{1}{I}x^m + \overset{2}{I}x^{m+v} + \overset{3}{I}x^{m+2v} + \ldots$ Ordini secundo signum dat II quantitates duarum dimensionum exprimens; inscriptum vero n ($\overset{n}{II}$) summam eorum omnium productorum significat, quae e duobus factoribus signi dimensionis unius ita efficiuntur, ut summa amborum indicum $= n$ fiat, producta autem ea toties computantur, quoties factores eorum permutari possunt. Datis ergo signis ordinis primi $\overset{1}{I}, \overset{2}{I}, \overset{3}{I}$ etc. signa incertae dimensionis ordinis p ita definiuntur:

$\overset{p}{I^p}, \overset{p+}{I^p}, \overset{p+2}{I^p} \ldots \overset{np}{I^p}$, atque ordinis $p + q$:

$$\delta\left\{\begin{array}{ll}
1,\ h+(k-h) = & 1+1+1+\ldots\ (\text{usque ad summam } h-3) \\
 & +\,3+3+(k-(h+3)) \\
2,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-3) \\
 & +\,3+4+(k-(h+4)) \\
3,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-3) \\
 & +\,3+5+(k-(h+5)) \\
\ldots & \ldots \\
\ldots & \ldots \\
x,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-3) \\
 & +\,3+\frac{3+(k-(h+3))}{2}+\frac{3+(k-(h+3))}{2} \\
\ldots & \ldots \\
\ldots & \ldots \\
y,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-3) \\
 & +\,\frac{6+(k-(h+3))}{3}+\frac{6+(k-(h+3))}{3}+\frac{6+(k-(h+3))}{3}
\end{array}\right.$$

$$\varepsilon\left\{\begin{array}{ll}
1,\ h+(k-h) = & 1+1+1+\ldots\ (\text{usque ad summam } h-4) \\
 & +\,2+2+2+(k-(h+2)) \\
2,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-4) \\
 & +\,2+2+3+(k-(h+3)) \\
3,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-4) \\
 & +\,2+2+4+(k-(h+4)) \\
 & \text{etc.}\quad \text{etc.}\quad \text{etc.}
\end{array}\right.$$

$$\zeta\left\{\begin{array}{ll}
1,\ h+(k-h) = & 1+1+1+\ldots\ (\text{usque ad summam } h-5) \\
 & +\,2+2+2+2+(k-(h+3)) \\
2,\ -\ -\ - = & 1+1+1+\ldots\ (\ -\ -\ -\ h-5) \\
 & +\,2+2+2+3+(k-(h+4)) \\
 & \text{etc.}\quad \text{etc.}\quad \text{etc.}
\end{array}\right.$$

Quum vero ad α pertineat numerus transpositionis $\dfrac{1.2.3.4\ldots.h}{1.2.3.4\ldots.(h-1)}$

$$= h$$

ad β 1, 2, 3, 4 . . . . . . $\dfrac{1.2.3.4\ldots.h}{1.2.3\ldots.(h-2)}$

$$= h\,(h-1)$$

$(IP+IQ)^{p+q}$, $(IP+IQ)^{p+q+1}$, $(IP+IQ)^{p+q+2}$ . . . . . . $(IP+IQ)^{np+nq}$

Nostro in problemate igitur signo $IC^{h+[k-h]}$ usus esset. Ex his, quae modo commemoravimus, jam constat, ipsius signa dimensionis nihil aliud nisi combinationes ad summas certas repraesentare.

Quum quoque ad β x pertineat idem . . . $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3....(h-2)1.2}$

$= \frac{h(h-1)}{1.2}$

ad γ 2, 3, 4 . δ 2, 3, 4 . . - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3...(h-3)}$

$= h(h-1)(h-2)$

ad γ 1 et x ; δ 1 et x - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3....(h-3)1.2}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)}{1.2}$

ad δ, y - - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3..(h-3)1.2.3}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)}{1.2.3}$

ad ε 2, 3, 4 etc. - - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3...(h-4)1.2}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)(h-3)}{1.2}$

ad ε 1 et x - - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3..3(h-4)1.2.3}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)(h-3)}{1.2.3}$

. . . .
. . . .
. . . .

ad ζ 2, 3, 4 etc. - - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3...(h-5)1.2.3}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)(h-3)(h-4)}{1.2.3}$

ad ζ 1 et x - - - $\frac{1.2.3.4....h}{1.2.3..(h-5)1.2.3.4}$

$= \frac{h(h-1)(h-2)(h-3)(h-4)}{1.2.3.4}$

etc. etc. etc.

recepta ergo iterum litera a similibusque aggregatis valoribus erit numerator non dependens ipsius α_k :

$$10)\ \overset{h}{C}_k = h\,a_1^{h-1}.\,a_{k-(h-1)} + h(h-1)\,a_1^{h-2}\left(a_2 . a_{k-h} + a_3 . a_{k-(h+1)} + ..\right) +$$

$$+ \frac{h(h-1)}{1.2} a_1^{h-2} . a^2_{\frac{2+k-h}{2}} +$$

*

$$+ h(h-1)(h-2)\, a_1^{h-3}\left(a_2 \cdot a_3 \cdot a_{k-(h+2)} + a_2 \cdot a_4 \cdot a_{k-(h+3)} + \dots\right) +$$

$$+ \frac{h(h-1)(h-2)}{1 \cdot 2}\, a_1^{h-3}\left(a_2^2 \cdot a_{k-(h+1)} + a_3^2 \cdot a_{a-(h+3)} + \dots\right) +$$

$$+ \frac{h(h-1)(h-2)}{1 \cdot 2 \cdot 3}\, a_1^{h-3} \cdot a^3_{\frac{6+(k-[h+3])}{3}} + \frac{h(h-1)(h-2)(h-3)}{1 \cdot 2}$$

$$a_1^{h-4}\left(a_2^2 \cdot a_3\, a_{k-(h+3)} + \dots\right) + \dots$$

etc. etc. etc.

cui denominator $(-1)^h a_0^h$ respondebit. Quoniam autem indices ultimorum locorum ita se excipiunt, ut semper minorem major sequatur, aut ad summum alter alteri exaequetur, atque unusquisque numerus integer fiat necesse est, ideo et ordo abservandus est, nec non inquirendum, utrum e.g. $2+k-h$, $3+(k-(h+3))$ etc. per duo, $6+(k-(h+3))$ etc. per tres et ita porro dividi possit, nec ne; postremum enim si acciderit proximus minor numerus dividuus sumendus est, cui tum antecedentes indices inserviunt. Quodsi ope formulae hujus omnis fractio, ideoque omne α dato k et h computari potest, series quesita quoque:

11) $a_0 f(x) = \varphi(x) + \alpha_1 h \varphi'(x) + \alpha_2 h^2 \varphi''(x) + \dots + \alpha_k h^k \varphi^k(x) + \dots$ cum coëfficientibus α_1, α_2, α_3, α_4 etc. etc. determinata est.

Datis omnino $\varphi(x)$ et A, A_1, A_2 . . . A_n, quae variabiles etiam esse queunt quantitates, infinite magnum derivari posse numerum serierum facile intelligitur, numerus vero terminorum, quibus $f(x)$ (aeq. 11) determinatur, e gradu ipsius $\varphi(x)$ pendebit, quod si fractio erit, cujus denominator variabilem habebit valorem, $f(x)$ nonnisi per seriem infinitam exprimi potest.

Sin autem Lagragium secuti essemus, alia methodo ad solvendum problema nostrum uteremur, quae, quum quaeratur integrale completum, pariter ad aeq. 11, atque ad aeq. 3 accomodari potest: utramque enim, si quotientes differentiales solum respiciamus, ejusdem esse generis liquet, quam quidem aequationem linearem, sive melius primi gradus, ordinisque incerti nominare placuit [1]). Propositum ergo sit:

„Aequationis 11^mae^ integrale completum invenire.“

Quem ad finem fac quantitatem variabilem n^tum^ gradum non excedere atque $\varphi(x)$ esse functionem ipsius x rationalem integram ita, ut quotientes diff. $\varphi^{n+1}(x)$, $\varphi^{n+2}(x)$, etc. $= 0$ fiant, consideratur igitur aequatio, si

---

[1]) Lacroix: Traité du calcul différentiel et du calcul integral. Tome II. p. 254 in adnotatione: Le mot lineaire est impropre; il est relatif à la géométrie, et en l'appliquant aux équations, on a eu en vue la ligne droite, dans l'équation de laquelle l'ordonnée et l'abscisse également ne se trouvent, qu'au primier degré: on ne sauroit donc regarder comme linéaires des équations tellesque $dy + Py\,dx = Q\,dx$, qui appartiennent le plus souvent à des courbes transcendantes.

dividatur ipsa per $\alpha_n h^n$, atque ponatur $\varphi(x) = y$, $\frac{a_0}{\alpha_n h^n} f(x) = V$, coëfficientes autem designentur ex ordine per P, Q, R . . . T, U, haec:

$$12) \frac{d^n y}{dx^n} + P \frac{d^{n-1} y}{dx^{n-1}} + Q \frac{d^{n-2} y}{dx^{n-2}} + R \frac{d^{n-3} y}{dx^{n-3}} + \ldots + T \frac{dy}{dx} + Uy = V$$

cujus forma est usitatissima. Jam vero Lagrangius demonstravit, aequationis (12) integrale completum inveniri posse, dummodo n valores particulares ipsius y cogniti sint, qui aequationi

$$13) \frac{d^n y}{dx^n} + P \frac{d^{n-1} y}{dx^{n-1}} + Q \frac{d^{n-2} y}{dx^{n-2}} + \ldots + T \frac{dy}{dx} + Uy = 0$$

satisfaciant [1]). Sint enim $y_1, y_2, y_3 \ldots y_n$ illi valores particulares, erit integrale completum aequationis (13)

$y = C_1 y_1 + C_2 y_2 + C_3 y_3 + \ldots + C_n y_n$, quod quoque aequationi (12) convenit, siquidem $C_1, C_2, C_3 \ldots C_n$, ut Lagrangius ostendit, tanquam functiones ipsius x considerantur, quae una cum variabili hac variantur. Quare si paulatim derivetur $\frac{dy}{dx}, \frac{d^2 y}{dx^2} \ldots \frac{d^n y}{dx^n}$, quum C_1, C_2, C_3 etc. simul mutentur, erit:

$$\frac{dy}{dx} = C_1 \frac{dy_1}{dx} + C_2 \frac{dy_2}{dx} + \ldots + C_n \frac{dy_n}{dx} + y_1 \frac{dC_1}{dx} + y_2 \frac{dC_2}{dx} + \ldots y_n \frac{dC_n}{dx}$$

Quoniam vero n quantitates ignotae determinentur necesse est, atque proposita quaestio unam solum conditionem praebet, ceteras $n - 1$ ad libitum sumere possumus. Itaque statuimus primum:

$y_1 \frac{dC_1}{dx} + y_2 \frac{dC_2}{dx} + y_3 \frac{dC_3}{dx} + \ldots + y_n \frac{dC_n}{dx} = 0$ esse, id quod dabit:

$$\frac{dy}{dx} = C_1 \frac{dy_1}{dx} + C_2 \frac{dy_2}{dx} + C_3 \frac{dy_3}{dx} + \ldots + C_n \frac{dy_n}{dx}$$

Quodsi valor hic iterum differentietur, erit:

$$\frac{d^2 y}{dx^2} = C_1 \frac{d^2 y_1}{dx^2} + C_2 \frac{d^2 y_2}{dx^2} + \ldots + C_n \frac{d^2 y_n}{dx^2} + \frac{dy_1}{dx} \cdot \frac{dC_1}{dx} + \frac{dy_2}{dx} \cdot \frac{dC_2}{dx} + \ldots + \frac{dy_n}{dx} \cdot \frac{dC_n}{dx}$$

---

[1]) Aequatio haec integratur facta substitutione $y = e^{mx}$, si P,Q . . T,U constantes sunt, unde fit:

$$m^n + Pm^{n-1} + Qm^{n-2} + \ldots + Tm + U = 0$$

et si $m_1, m_2, m_3 \ldots m_n$, n valores sint, qui huic aequationi satisfaciunt, $e^{m_1 x}$, $e^{m_2 x}$, $e^{m_3 x} \ldots e^{m_n x}$ quoque satisfacere debent. Sint omnino n valores particulares $y_1, y_2, y_3 \ldots y_n$ qui aeq. 13 satisfaciunt, ponere possumus: $y = C_1 y_1 + C_2 y_2 + C_3 y_3 + \ldots C_n y_n$, ubi C_1, C_2, C_3 etc. constantes sunt arbitrariae et peracta nostra substitutione, erit quoque $y = C_1 e^{m_1 x} + C_2^{m_2 x} + C_3^{m_3 x} + \ldots C_h e^{m_n x}$ expressio generalis integralis completi, siquidem $m_1, m_2, m_3 \ldots m_n$ radices sunt reales et impares; alii ubi intercedunt casus, aliae observentur solvendi rationes necesse est, quae legantur: Lacroix: Traité du calcul diff. et int. T. II. p. 315 sqq.

Posito rursum:

$$\frac{dy_1}{dx}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{dy_2}{dx}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{dy_3}{dx}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\frac{dy_n}{dx}\cdot\frac{dC_n}{dx}=0 \text{ fiet:}$$

$$\frac{d^2y}{dx^2}=C_1\frac{d^2y_1}{dx^2}+C_2\frac{d^2y_2}{dx^2}+C_3\frac{d^2y_3}{dx^2}+\ldots+C_n\frac{d^2y_n}{dx^2}$$

Si ita longius progrediamur, penultimas aequationes nanciscemur:

$$\frac{d^{n-2}y_1}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-2}y_2}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\ldots+\frac{d^{n-2}y_n}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_n}{dx}=0$$

$$\frac{d^{n-1}y}{dx^{n-1}}=C_1\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}+C_2\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}+,\ldots+C_n\frac{d^{n-1}y_n}{dx^{n-1}}$$

unde denique evadit:

$$\frac{d^ny}{dx^n}=C_1\frac{d^ny_1}{dx^n}+C_2\frac{d^ny_2}{dx^n}+\ldots+C_n\frac{d^ny_n}{dx^n}+\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\ldots+\frac{d^{n-1}y_n}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_n}{dx}$$

Substitutis his valoribus in aeq. (12) atque collectis simul terminis per $C_1, C_2, C_3 \ldots C_n$ multiplicatis prodit:

$$14)\left.\begin{array}{l} C_1\left(\frac{d^ny_1}{dx^n}+P\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}+Q\frac{d^{n-2}y_1}{dx^{n-2}}+\ldots+T\frac{dy_1}{dx}+Uy_1\right)\\ +C_2\left(\frac{d^ny_2}{dx^n}+P\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}+Q\frac{d^{n-2}y_2}{dx^{n-2}}+\ldots+T\frac{dy_2}{dx}+Uy_2\right)\\ +C_3\left(\frac{d^ny_3}{dx^n}+P\frac{d^{n-1}y_3}{dx^{n-1}}+Q\frac{d^{n-1}y_3}{dx^{n-2}}+\ldots+T\frac{dy_3}{dx}+Uy_3\right)\\ \quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\\ \quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\\ \quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\quad\cdot\\ +C_n\left(\frac{d^ny_n}{dx^n}+P\frac{d^{n-1}y_n}{dn^{n-1}}+Q\frac{d^{n-2}y_n}{dx^{n-2}}+\ldots+T\frac{dy_n}{dx}+Uy_n\right)\\ +\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{d^{n-1}y_3}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\\ \qquad+\frac{d^{n-1}y_n}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_n}{dx} \end{array}\right\}=V$$

Quum vero $y_1, y_2, y_3 \ldots y_n$ particulares illi valores sint, qui aequationi (13) satisfaciunt, aequatio (14) abibit in hanc:

$$\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{d^{n-1}y_3}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\frac{d^{n-1}y_n}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_n}{dx}=V$$

Itaque ad determinandos n valores ignotos $\frac{dC_1}{dx}, \frac{dC_2}{dx} \ldots \frac{dC_n}{dx}$ nanciscimur n aequationes:

$$y_1\frac{dC_1}{dx}+y_2\frac{dC_2}{dx}+y_3\frac{dC_3}{dx}+\ldots+y_n\frac{dC_n}{dx}=0$$

$$\frac{dy_1}{dx}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{dy_2}{dx}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{dy_3}{dx}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\frac{dy_n}{dx}\cdot\frac{dC_n}{dx}=0$$

. . . .

. . . .

. . . .

$$\frac{d^{n-2}y_1}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-2}y_2}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{d^{n-2}y_3}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\frac{d^{n-2}y_n}{dx^{n-2}}\cdot\frac{dC_n}{dx}=0$$

$$\frac{d^{n-1}y_1}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_1}{dx}+\frac{d^{n-1}y_2}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_2}{dx}+\frac{d^{n-1}y_3}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_3}{dx}+\ldots+\frac{d^{n-1}y_n}{dx^{n-1}}\cdot\frac{dC_n}{dx}=V$$

ex quibus, quum $y_1, y_2, y_3 \ldots y_n$ valores sint noti, quotientes eos per x expressos invenire possumus, qui si sint:

$$\frac{dC_1}{dx}=X_1,\ \frac{dC_2}{dx}=X_2,\ \frac{dC_3}{dx}=X_3\ \ldots\ \frac{dC_n}{dx}=X_n \text{ fiet:}$$

$$C_1=\int X_1dx+E_1,\ C_2=\int X_2dx+E_2,\ C_3=\int X_3dx+E_3\ \ldots$$
$$C_n=\int X_ndx+E_n$$

atque integrale completum:

$$y=y_1\int X_1dx+E_1+y_2\int X_2dx+E_2+y_3\int X_3\,dx+E_3+\ldots+y_n\int X_ndx+E_n$$

Constantes $E_1, E_2, E_3 \ldots E_n$ propius designari nequeunt donec de integratione generali tractatur.

Eandem quoque methodum ad aeq. 3 nos usurpare potuisse videmus, si integrale f(x) definire conati essemus.

§. 2.

Si fit $a_0 = 0$ (6, §. 1) quantitates $\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3, \alpha_4$ etc. etc. supra commemorato modo determinari nequeunt; quum enim aequationes (5, §. 1.) $0 = 0$ evadant, fractiones pro iisdem valoribus (7, §. 1.) infinite magnae fiunt. Quare aequationem:

$$\varphi(x)+\alpha_1h\varphi'(x)+\alpha_2h^2\varphi''(x)+\ldots+\alpha_kh^k\varphi^k(x)+\ldots=a_0f(x)+$$
$$+(a_1+\alpha_1a_0)hf'(x)+(a_2+\alpha_1a_1+\alpha_2a_0)h^2f''(x)+$$
$$+(a_3+\alpha_1a_2+\alpha_2a_1+\alpha_3a_0)h^3f'''(x)+\ldots$$

iterum considerare liceat, quae accepto $a_0 = 0$ abibit in:

$$\varphi(x)+\alpha_1h\varphi'(x)+\alpha_2h^2\varphi''(x)+\ldots+\alpha_kh^k\varphi^k(x)\ldots=a_1hf'(x)+$$
$$+(a_2+\alpha_1a_1)h^2f''(x)+(a_3+\alpha_1a_2+\alpha_2a_1)h^3f'''(x)+\ldots$$

et si ponatur:

1) $a_2+\alpha_1a_1=0$
$a_3+\alpha_1a_2+\alpha_2a_1=0$
$a_4+\alpha_1a_3+\alpha_2a_2+\alpha_3a_1=0$

. . . . . .

. . . . . .

. . . . . .

$$a_{k+1}+\alpha_1a_k+\alpha_2a_{k-1}+\ldots+\alpha_ha_{k-h+1}+\ldots+\alpha_{k-h+1}a_h+\ldots+\alpha_ka_1=0$$

prodit series:

$$a_1 h f'(x) = \varphi(x) + \alpha_1 h \varphi'(x) + \alpha_2 h_2 \varphi''(x) + \ldots + \alpha_k h^k \varphi^k(x) + \ldots$$

et simplici integratione confecta:

$$a_1 h f(x) = \int \varphi(x)\, dx + \alpha_1 h \varphi(x) + \alpha_2 h^2 \varphi'(x) + \alpha_3 h^3 \varphi''(x) + \ldots + \alpha_k h^k \varphi^{k-1}(x) + \ldots \text{ aut}$$

$$(2)\ a_1 f(x) = \frac{1}{h} \int \varphi(x)\, dx + \alpha_1 \varphi(x) + \alpha_2 h \varphi'(x) + \ldots + \alpha_k h^{k-1} \varphi^{k-1}(x) + \ldots$$

cui constans arbitraria adjiciatur necesse est.

Sed valores $\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3, \alpha_4 \ldots$ non modo ex aeq. (1. §. 2.), verum etiam ex aeq. (5. §. 1.) computari possunt, si notetur, expressiones recurrentes (5. §. 1.) transire in (1. §. 2.) siquidem unusquisque indicum literae a unitate evehatur. Quare valor quoque generalis $\overset{h}{C_k}$ (10. §. 1.) valebit, si modo a_0 in a_1, a_1 in a_2, a_2 in a_3 etc. mutetur.

Dato quoque $a_1 = 0$, ut $\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3, \alpha_4$ etc. definiantur, indices ipsius a iterum augeantur unitate necesse est, atque duplici integratione confecta, proficiscitur series:

$$a_2 f(x) = \frac{1}{h^2} \iint \varphi(x)\, dx^2 + \frac{\alpha_1}{h} \int \varphi(x)\, dx + \alpha_2 \varphi(x) + \alpha_3 h \varphi'(x) + \ldots + \alpha_k h^{k-2} \varphi^{k-2}(x) + \ldots$$

cui duae constantes arbitrariae tribuantur oportet.

Si omnino coëfficientes a_0, a_1, a_2, a_3 usque ad a_{k-1} evanescant, prodit series:

$$(3)\ a_k f(x) = \frac{1}{h^k} \int^k \varphi(x) dx^k + \frac{\alpha_1}{h^{k-1}} \int^{k-1} \varphi(x)\, dx^{k-1} + \frac{\alpha_2}{h^{k-2}} \int^{k-2} \varphi(x) dx^{k-2} + \ldots + \alpha_k \varphi(x) + \alpha_{k+1} h \varphi'(x) + \ldots$$

cui conveniunt k constantes arbitrariae.

Coëfficientes $\alpha_1, \alpha_2, \alpha_3$ etc. commutatis a_0 in a_k, a_1 in a_{k+1}, a_2 in a_{k+2} etc. etc. ex aeq. (5. §. 1.) determinari quoque possunt atque valor generalis $\overset{h}{C_k}$ hoc in casu etiam valebit, si modo commemorata commutatio valeat.

§. 3.

Priusquam ad singulares progrediamur casus, unam denique generalem quaestionem instituere volumus, eam quidem ex qua oritur: $f(x) = \Sigma^n \varphi(x)$; quem ad finem aequatio primitiva (1. §. 1.) in aequationem differentiarum immutatur. Quum enim sit:

$$A_n f(x + nh) = A_n f(x) + n A_n \Delta f(x) + \frac{n(n-1)}{1 \cdot 2} A_n \Delta^2 f(x) + \ldots + n A_n \Delta^{n-1} f(x) + A_n \Delta^n f(x)$$

$$A_{n-1} f(x + (n-1)h) = A_{n-1} f(x) + (n-1) A_{n-1} \Delta f(x) + \frac{(n-1)(n-2)}{1 \cdot 2} A_{n-1} \Delta^2 f(x) + \ldots + (n-1) A_{n-1} \Delta^{n-2} f(x) + A_{n-1} \Delta^{n-1} f(x)$$

$$A_{n-2}f(x+(n-2)h)=A_{n-2}f(x)+(n-2)A_{n-2}\Delta f(x)+\frac{(n-2)(n-3)}{1\,.\,2}A_{n-2}\Delta^2 f(x)+$$
$$\ldots+(n-2)\,A_{n-2}\Delta^{n-3}f(x)+A_{n-2}\Delta^{n-2}f(x)$$

. . . .

. . . .

. . . .

$$A_4\,f(x+4h)=A_4 f(x)+4A_4\Delta f(x)+\ldots+4A_4\Delta^3 f(x)+A_4\Delta^4 f(x)$$
$$A_3\,f(x+3h)=A_3 f(x)+3A_3\Delta f(x)+3A_3\Delta^2 f(x)+A_3\Delta^3 f(x)$$
$$A_2\,f(x+2h)=A_2 f(x)+2A_2\Delta f(x)+A_2\Delta^2 f(x)$$
$$A_1\,f(x+h)=A_1 f(x)+A_1\Delta f(x)$$
$$A\,f(x)=A\,f(x)$$

posito brevitatis causa:

$$(1)\quad A_n+A_{n-1}+\ldots+A_1+A=B$$
$$nA_n+(n-1)A_{n-1}+\ldots 2A_2+A_1=B_1$$
$$\frac{n(n-1)}{1\,.\,2}A_n+\frac{(n-1)(n-2)}{1\,.\,2}A_{n-1}+\ldots+6A_4+3A_3+A_2=B_2$$
$$\frac{n(n-1)(n-2)}{1\,.\,2\,.\,3}A_n+\frac{(n-1)(n-2)(n-3)}{1\,.\,2\,.\,3}+\ldots+4A_4+A_3=B_3$$
$$\frac{n(n-1)(n-2)(n-3)}{1\,.\,2\,.\,3\,.\,4}A_n+\frac{(n-1)(n-2)(n-3)(n-4)}{1\,.\,2\,.\,3\,.\,4}A_{n-1}+\ldots+5A_5+A_4=B_4$$

. . . .

. . . .

. . . .

$$\frac{n(n-1)}{1\,.\,2}A_n+(n-1)A_{n-1}+A_{n-2}=B_{n-2}$$
$$nA_n+A_{n-1}=B_{n-1}$$
$$A_n=B_n$$

erit igitur:

$$(2)\,B f(x)+B_1\Delta f(x)+B_2\Delta^2 f(x)+B_3\Delta^3 f(x)+\ldots+B_{n-2}\Delta^{n-2}f(x)+$$
$$+B_{n-1}\Delta^{n-1}f(x)+B_n\Delta^n f(x)=\varphi(x)$$

Et si fiet $B=0$, $B_1=0$, $B_2=0\ldots B_{n-2}=0$, $B_{n-1}=0$ nanciscimur:

$$B_n\Delta^n f(x)=\varphi(x)\text{ ergo}$$

$$(3)\quad f(x)=\frac{1}{B^n}\Sigma^n\varphi(x),\text{ si } B_n \text{ quantitas est constans.}$$

At erit tum quoque $a_{n-1}=0$, $a_{n-2}=0$, $a_{n-3}=0\ldots a_2=0, a_1=0$, $a_0=0$ quod ut demonstretur, aequationes conditionales:

$$B_{n-1}=nA_n+A_{n-1}=0$$
$$B_{n-2}=\frac{n(n-1)}{1\,.\,2}A_n+(n-1)A_{n-1}+A_{n-2}=0$$
$$B_{n-3}=\frac{n(n-1)(n-2)}{1\,.\,2\,.\,3}A_n+\frac{(n-1)(n-2)}{1\,.\,2}A_{n-1}+(n-2)A_{n-2}+A_{n-3}=0$$

. . . .

. . . .

$$B_{n-h} = \frac{n(n-1)(n-2)\ldots(n-h+1)}{1.2.3\ldots h} A_n + \frac{(n-1)(n-2)\ldots(n-h+1)}{1.2.3\ldots(h-1)} A_{n-1} +$$
$$+ \frac{(n-2)(n-3)\ldots(n-h+1)}{1.2.3\ldots(h-2)} A_{n-2} + \ldots + \frac{(n-h+2)(n-h+1)}{1.2} A_{n-h+2}$$
$$+ (n-h+1) A_{n-h+1} + A_{n-h} = 0.$$

. . . .

. . . .

considerantur, ex quibus $A_{n-1}, A_{n-2}, A_{n-3} \ldots A_{n-h} \ldots A_2, A_1$ per A_n exprimi possunt. Est enim:

$$A_{n-1} = - nA_n$$
$$A_{n-2} = \left(n(n-1) - \frac{n(n-1)}{1.2}\right) A_n = \left(\frac{2n(n-1)}{1.2} - \frac{n(n-1)}{1.2}\right) A_n =$$
$$= (2-1)\frac{n(n-1)}{1.2} A_n, \text{ quod dat:}$$
$$A_{n-2} = \left((-1)^2 - (1-1)^2\right)\frac{n(n-1)}{1.2} A_n = (-1)^2 \frac{n(n-1)}{1.2} A_n$$

Est insuper:

$$A_{n-3} = \left(-\frac{n(n-1)(n-2)}{1.2} + \frac{n(n-1)(n-2)}{1.2} - \frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3}\right) A_n$$
$$= \left(-\frac{3n(n-1)(n-1)}{1.2.3} + \frac{3n(n-1)(n-2)}{1.2.3} + \frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3}\right) A_n$$
$$= \left(-3 + 3 - 1\right)\frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3} A_n \text{ quare:}$$
$$A_{n-3} = \left((-1)^3 + (1-1)^3\right)\frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3} A_n = (-1)^3 \frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3} A_n$$
$$A_{n-4} = \left((-1)^4 - (1-1)^4\right)\frac{n(n-1)(n-2)(n-3)}{1.2.3.4} A_n = (-1)^4 \frac{n(n-1)(n-2)(n-3)}{1.2.3.4} A_n$$
$$A_{n-5} = \left((-1)^5 + (1-1)^5\right)\frac{n(n-1)(n-2)(n-3)(n-4)}{1.2.3.4.5} A_n$$
$$A_{n-5} = (-1)^5 \frac{n(n-1)(n-2)(n-3)(n-4)}{1.2.3.4.5} A_n$$

Atque generaliter demonstrari potest esse quoque:

$$A_{n-h} = (-1)^h \frac{n(n-1)(n-2)\ldots(n-h+1)}{1.2.3\ldots h} A_n$$

Prout in hac formula h alios atque alios valores adsciscit, aliud atque aliud A definitur. Sit enim $h = n - 3$ erit:

$$A_3 = (-1)^{n-3} \frac{n(n-1)(n-2)\ldots 5.4}{1.2.3\ldots(n-4)(n-3)} A_n = (-1)^{n-3} \frac{n(n-1)(n-2)}{1.2.3} A_n,$$

et posito $h = n - 2$

$$A_2 = (-1)^{n-2} \frac{n(n-1)}{1.2} A_n, \text{ atque tandem pro } h = n - 1$$
$$A_1 = (-1)^{n-1} nA_n$$

Intelligitur autem ex 2 §. 1 proficisci:

$$n!\,a_n = n^n A_n + (n-1)^n A_{n-1} + (n-2)^n A_{n-2} + \dots + 2^n A_2 + A_1$$

Quodsi pro $A_{n-1}, A_{n-2}, A_{n-3} \dots A_2, A_1$ modo definiti ponuntur valores, fiet:

$$n!\,a_n = A_n \left(n^n - \frac{n}{1}(n-1)^n + \frac{n(n-1)}{1.2}(n-2)^n + \dots + (-1)^{n-2}\frac{n(n-1)}{1.2}2^n + (-1)^{n-1}n\right)$$

Brevitatis causa designemus:

$$\Phi_n^n = n^n - \frac{n}{1}(n-1)^n + \frac{n(n-1)}{1.2}(n-2)^n - \dots + (-1)^{n-2}\frac{n(n-1)}{1.2}2^n + (-1)^{n-1}n$$

est etiam:

$$\Phi_n^n = n\left(n^{n-1} - (n-1)(n-1)^{n-1} + \frac{(n-1)(n-2)}{1.2}(n-2)^{n-1} - \dots + (-1)^{n-1}\right)$$

$$= n\left\{\begin{array}{l} n^{n-1} - \frac{n}{1}(n-1)^{n-1} + \frac{n(n-1)}{1.2}(n-2)^{n-1} - \dots + (-1)^{n-1}n \\ \quad + (n-1)^{n-1} - \frac{(n-1)}{1}(n-2)^{n-1} + \dots + (-1)^{n-2}(n-1) \end{array}\right\}$$

et adhibita nostra significatione fit:

